

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

24. Jobvs

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

dit, & pro abjecto pulmento abligurit: ad honores ereptos cum lacrymis adspirans denuo, eos non recipit. Frendens indignatione & odio, fratri mortem minitatur; in contemptum matris filias gentilium connubio jungit, patris cæci auget ægrimoniam, ad quem leniendum aliam sibi uxorem quærit, patruus sui filiam: in familia parentum imperitat superbe, & cum maleficio. A fratre redeunte e Syria, placatur muneribus, cui pacificus occurrit, & eidem locupletato, sedem relinquit in Chananæa: Ipse fugatis Horræis, loca montana Seiris vi occupat, a quo gens Idumæorum, populo Dei semper infesta, nomen atque opes comparavit.

24.

## JOBVS.

Jobus e posteritate, ut alii volunt, Nachoris, ut alii, Esayi, inter Idumæos

mæos infideles innocenter, inter Vitas impios sine reprehensione vivit. Oculus cæcorum, pes claudicantium, tutor pupillorum, pater pauperum. Privatatur uno die liberis universis, ruina domus: spoliatur per Arabes & Chaldaeos omnibus pecoribus & jumentis. Traditus Sata-næ vexandus, ulcere tetro & pruriente, toto corpore affligitur, oppressusque immensis & animi & membrorum doloribus, subsannatur ab uxore, exagitur ab amicis. Inter mala tot tantaque vincitur quidem nonnihil impatientia, sed absolvitur divino judicio, quia malitiam diaboli superbam fide humili superabat. Exemplum integritatis & perseverantiæ proponitur Ecclesiæ, a Prophetis atque Apostolis. Tandem ærumnarum liber & vacuus, Deo propitio, ea bona, quæ amiserat, dupliciter recipit, & sub-

bole

bole fo  
men  
prior  
viveba  
mund

2).

Lab  
homo  
callidi  
lucro  
nullo  
filium  
pter f  
legit  
& in  
fraud  
tris, a  
nes in  
fratru  
Ctos o  
mos  
juber  
fugit

bole formosiore augetur, non tamen, ut in cæteris bonis, duplicata; prior enim in Dei adhuc manibus vivebat, quamvis fuerat extincta mundo.

**25. LABAN.**

Laban Syrus, Jacobi avunculus, homo turpis avaritia, abominandus calliditate, improbus perfidia; nullo lucro satiatur, nulla copia expletur, nullo beneficio mitigatur. Sororis filium greges suos curantem, propter fidem & diligentiam, generum legit, eumque & in collocanda filia, & in mercede numeranda semper fraudat. Abjecta agnati, soceri, patris, avi affectione, amitinos & affines inter se committit: deinde etiam fratrum & sororum animos conjunctos distrahit. Jacobus ab eo plurimos annos despiciatui habitus, Deo jubente, furtim cum sua familia aufergit: quem socer turris armatis per-